

www.e-rara.ch

Epistolarum familiarium M. T. Ciceronis libri XVI

Cicero, Marcus Tullius

Tiguri, anno 1563

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: AW 794

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4914>

M. T. Ciceronis epistolarum familiarum lib. sextus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

M. T. CICERONIS

EPISTOLARVM FA-

MILIARVM LIB.

SEXTVS.

Torquatum, qui cum alijs Pompeianis in eadem erat na-
ui, consolando hortatur, ut tempestates Reipub. æquo animo
bonoq; ferat.

M. T. Cicero, Aulo Torquato S. P. D. 79.

hinc est scriptum perturbata



T S I ea perturbatio est omnium re-
rum, ut suæ quæq; fortune maxime pœ-
niteat, nemoq; sit, quin ubiuis quam ibi
ubi est, esse malit: tamē mihi dubiū non
est, quin hoc tempore, bono uiro Romæ

esse miserimū sit. Nam etsi quocūq; in loco quisquis
est, idē est ei sensus, et eadē acerbitas ex interitu re-
rum, et publicarum et suarum; tamē oculi augment
dolorem, qui ea quæ ceteri audiunt, intueri cogun-
tur, nec auertere à miserijs cogitationem siumt.

Quare etsi multarum rerum desiderio te angine-
cesse est, tamē illo dolore, quo te maximē confici au-
dio, quod Romæ non sis, animum tuum libera. Etsi
enim cum magna molestia tuos, tuaq; desideras: ta-
men illa quidem, quæ requiris, suum statum tenent:
nec melius, si tu adesses, tenerent: nec sunt ullo in
proprio periculo. Nec debes tu, quum de tuis cogi-
tas, aut præcipuam aliquam fortunam postulare, aut

Epistola est
consolato-
ria.

Exorditur
à circūdu-
sione, &
propositio-
ne quod Ro-
mæ hoc tē-
pore esse
bono uiro
miserimū
sit.

Confirma-
tio propo-
sitionis.

A dolore
oculorum.

A felici sta-
tu & suorū
& rerum
suarum.

Cōsolatur
ne aut de-
speret, aut
aliquid ma-
li metuat.

Non uult
ut adeo cō-
mune Reip.
periculum
lugeat.

A conse-
quentibus.

A præscien-
tia rerum.

Clausula.

communem recusare. De te autem ipso Torquate est
tuum sic agitare animo, ut non adhibeas in cōsiliū
cogitationum tuarum desperationē aut timorē. Nec
enim is, qui in te adhuc iniustior, quā tua dignitas
postulabat, fuit, nō magna signa dedit animi erga te
mitigati. Nec tamē is ipse, à quo salus petitur, habet
explicatā aut exploratā rationē salutis suæ. Quūq;
omnium bellorum exitus incerti sint, ab altera uictō-
ria tibi periculum nullum esse perspicio, quod quidē
seuinctum sit ab omnium interitu: ab altera te ipsum
nunquam timuisse certō scio. Reliquum est, ut te id
ipsum, quod ego quasi consolationis loco pono, ma-
ximē excruciet commune periculum Reip. cuius tāti
mali, quamuis docti uiri multa dicant, tamen uereor
ne consolatio ulla possit uera reperiri, præter illam
quæ tanta est, quantum in cuiusque animo roboris at-
que neruorum. Si enim bene sentire, recteq; facere,
satis est ad bene, beateq; uiuendum, uereor, ne eum,
qui se optimorum consiliorum conscientia sustentas-
se possit, miserum esse, nefas sit dicere. Nec enim nos
arbitror uictoriæ præmijs ductos patriā olim, & li-
beros, & fortunas reliquisse, sed quoddam nobis offi-
cium iustū, & piū, et debitū Reip. nostræq; dignitati
uidebatur: qui neq; cum id faciebamus, tam eramus
amētes, ut explorata nobis esset uictoria. Quare si id
euenit, quod ingrediētibus nobis in causam propositū
fuit accidere posse, non debemus ita cadere animis,
quasi aliquid euenerit, q. fieri posse nunquā putari-
mus. Simus igitur ea mēte, quā ratio & ueritas præ-
scribit.

Scribit, ut nihil in uita nobis præstandum præter cul-
 pam putemus, eaq; cū careamus, omnia humana pla-
 catē & moderatē feramus. Atq; hæc eò pertinet ora-
 tio, ut perditis rebus omnibus, tamen ipsa uirtus se su-
 stentare posse uideatur. Sed si est spes aliqua rebus Exponit
quod dixit.
 communibus: ea tu, quicunque status est futurus, ca-
 rere non debes. Atque hoc mihi scribenti ueniebat
 in mentem, me eum esse, cuius tu desperationem ac-
 cusare solitus esses, quemq; autoritate tua cunctan-
 tem, & diffidentem excitare. Quo quidem tempore Obiectioni
occurrit.
 non ego causam nostram, sed consilium improbabam.
 Serò enim nos ijs armis aduersari uidebā, quæ multò
 antè confirmata per nosmetipsos erant: dolebamq; pi-
 lis & gladijs, non consilijs neque autoritatibus no-
 stris de iure publico disceptari. Neq; ego ea quæ fa- Occupatio
 cta sunt, fore cū dicebam, diuinabam futura, sed
 quod & fieri posse, & exitiosum fore, si euenisset, ui-
 debam: id ne accideret, timebam: præsertim quum si
 mihi alterutrum de euentu, atque exitu rerum pro-
 mittendum esset, id futurum quod euenit, explora-
 tius possem promittere. His enim rebus præstaba-
 mus, quæ non prodeunt in aciem: usu autem armorū,
 & militum robore inferiores eramus. Sed tu nunc il- Hortatione
cula.
 lum animū adhibe, quæso, quo me tuum esse oportere
 cēsebas. Hæc eò scripsi, quod mihi nunc Philargyrus Cur hæc ad
Torquatū
scripserit.
 tuus omnia de te requirenti, fidelissimo animo (ut
 mihi quidem uisus est) narrauit, te interdum sollicitū
 solere esse uehementius, quod facere non debes: nec
 dubitare, quin aut aliqua Republica sis futurus, qui Aspe Reip.

A mali cō-
munione.

A patria, in
qua uersa-
tur.

Ab animo
Seruij Sul-
pitiij.

Correctio
cum transi-
tione, qua
attentionem
etiā captat.

Epilogus à
narratione
culā.

† quin.

esse debes: aut perditā, non afflictiore conditione,
quā ceteri. Hoc uerò tēpus, quo exanimati omnes
et suspensi sumus, hoc moderatiore animo ferre de-
bes, quod et in ea urbe es, ubi nata, et alta est ratio,
ac moderatio uitae, et habes Seruium Sulpitiū quem
semper unice dilexisti, qui te profecto et beneuolen-
tia, et sapientia consolatur: cuius si essemus et auto-
ritatem, et consilium sequuti, rogati potius poten-
tiam, quā armati uictoriam subissemus. Sed haec
longiora fortasse fuerunt, quā necesse fuit, illa quae
maiora sunt, breuius exponam. Ego habeo, cui plus,
quā tibi debeam, neminem: quibus tantum debeam,
quantum tu intelligis, eos mihi huius belli casus eri-
puit. Qui sim autē, hoc tempore, intelligo. Sed quia
nemo est tam afflictus, et qui si nihil aliud studeat, nisi
id quod agit, non possit nauare aliquid et efficere:
omne meum consilium, operam, studium certē uelim
existimes tibi, tuisq; liberis esse debitum. Vale.

Et haec est consolatio eiusdem cum superiore argumenti,
non esse cuiquam priuatim de tanto casu Reipub. dolendum:
quum omnes ex æquo boni habeant quod conquerantur.

M. T. Cicero, Aulo Torquato S. P. D. 80.

Consolatio
est epist.

Captat be-
neuolentiā
ab excusa-
tione infre-
quentiae li-
terarum.

Peto abs te, ne me putes obliuione tui rariū ad te
scribere, quā solebam: sed aut grauitate uale-
tudinis, qua tamen iam paululum uideor leuari, aut
quod absum ab urbe, ut qui ad te proficiscantur, scire
non possim. Quare uelim ita statutum habeas, me tui
memoriā summa cum beneuolentia tenere, tuasq; om-
nes

nes res nō minori mihi curæ, quā meas esse. Quod Propositio
consolatio-
nis.

maiorē in uarietate uersata est adhuc tua causa, quā

homines aut uolebant, aut opinabantur, mihi crede,

non est pro malis temporum, quod moleste feras. Ne A diuisione.

cesse est enim aut armis urgeri Rempu. sempiternis,

aut his positis, recreari aliquando, aut funditus in-

terire. Si arma ualebunt, nec eos, a quibus recesseris,

uereri debes: nec eos quos adiunxisti. Si armis aut con-

ditione positis, aut defatigatione abiectis, aut uicto-

ria detractis, ciuitas respirauerit: & dignitate tua

frui tibi, & fortunis licebit. Si omnino interierint

omnia, fueritq; is exitus, quem uir prudentissimus

M. Antonius iam tam timebat, quum tantum instare

malorum suspicabatur: misera est illa quidem conso-

latio, tali præsertim ciui & uiro, sed tamen necessa-

ria: NIHIL esse præcipuè cuiquam dolendum in eo, A mali cō-
muniōe, et
est gnome.

quod accidat uniuersis. Quæ illis insit in his paucis

uerbis (plura enim committenda epistolæ nō erant)

si attendes, quod facis, profectò etiam sine meis lite-

ris intelliges, te aliquid habere, quod speres, nihilq;

quod aut hoc, aut aliquo Reipublicæ statu timeas. Epilogus
abhortas
tiuncula.

Omnia si interierint, cum superstitem te esse Reipu-

blicæ, ne si liceat quidem, uelis, ferendam esse fortu-

nam, præsertim quæ absit a culpa. Sed hæc hæctenus.

Tu uelim scribas ad me, quid agas, & ubi futurus sis,

ut aut quò scribā, aut quò ueniam scire possim. Vale.

Et hæc eiusdem est argumenti epistola, in qua comuni
cum superioribus consolatione est usus. Idq; omnino a tem-
porum & loci ratione.

M. T. Cicero, Aulo Torquato

Consolatio

ria est epist.

Exorditur

à causis, &

cur literis

superiori-

bus adeo

copiose

Torquatū

consolatus

sit, & cur in

præsentib.

breuior ef-

se debeat.

Dilemma,

& est infi-

nuatio.

Prolepsis

altera.

A morte.

Cur mori-

endum.

Correctio à

loco ducta.

ornatio

tibi hoc con-

firmo, etsi le-

uis est con-

solatio ex mi-

serijs alio-

rum, nihilo

te nunc mai-

ore in dis-

crimine esse,

quàm quem-

uis, aut eor-

um qui man-

serunt in

castris,

Superioribus literis beneuolentia magis adduc-
 tus, quàm quòd res ipsa postularèt, fui longior.
 Neq; enim confirmatione nostra egebat uirtus tua,
 neque erat ea mea causa atque fortuna, ut ego, cui
 ipsi omnia deessent, alterum confirmarem. Hoc item
 tēpore breuior esse debeo. Siue enim tum nihil opus
 fuit tam multis uerbis, nihilo magis nunc opus est: si-
 ue tum opus fuit, illud satis est, præsertim quum ac-
 cesserit nihil noui. Nam & si quodādie aliquid audi-
 mus earum rerum, quas ad te perferri existimo, sum-
 ma tamen eadem est, & idem exitus, quem tam ui-
 deo ego animo, quàm ea, quæ oculis cernimus. Nec
 uerò quicquam uideo, quod non idem te uidere certò
 sciam. Nam etsi quem exitum acies habitura sit, di-
 uinare nemo potest: tamen & belli exitum uideo. Et
 si id minus, hoc quidem certè, quum sit necesse alter-
 utrum uincere: qualis futura sit, uel hæc, uel illa ui-
 ctoria. Idq; cum optime perspexi, tale uideo, nihil
 ut mali uideatur esse futurum, si id uel ante accide-
 rit, quod uel maximum ad timorem proponitur. Ita
 enim uiuere, ut non sit uiuendum, misererrimum est.
 Mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato
 quidem. Sed in ea es urbe, in qua hæc, uel plura, &
 ornatiores parietes ipsi loqui posse uideantur. Ego
 tibi hoc confirmo, etsi leuis est consolatio ex miserijs
 aliorum, nihilo te nunc maiore in discrimine esse,
 quàm quemuis, aut eorum qui manserunt in castris,
 aut

aut eorum qui discesserunt. Alteri enim dimicant, alteri uictorem timent. Sed hæc consolatio levis est illa ^{Ratio quæ se} grauior, qua te, uti spero, ego certè utor. Nec enim dum ero, angar ulla re, cum omni uacem culpa: & si non ero, sensu omnino carebo, Sed rursus ^{Ratio quæ se} aduertas, qui ad te hæc. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curæ sunt, & dum uiuam erunt. Vale.

Dilemma à
culpæ ca-
rentia.

Et hæc est consolatoria, perfectumq; exemplum eius argumenti epistolæ. Habet enim exordium aptum ad ipsam intentionem, à periculorum prædictione & præcognitione. Deinde subiicitur ipsa consolatio à uarijs locis inuenta, sed pleriq; locis communibus, & ijs qui huic materiæ conueniunt. Epilogus autem simplex est & officiosus, ut huic negotio adhibetur.

M. T. Cicero, Aulo Torquato

S. P. D. 82.

NOui quod ad te scriberem nihil erat, & tamen Varijs modis captat beneuolentiam. Exordij pars prima. si quid esset, sciebam te a tuis certiore fieri solere. De futuris autem rebus, & si semper difficile est dicere, tamen interdum coniectura possis propius accedere, cum res est eiusmodi, cuius exitus pro uideri possit. Nunc tantum uidemur intelligere, non diuturnum bellum fore, & si id ipsum nonnullis uideatur secus. Equidem quum hæc scribebam, aliquid iam actum putabam, non quod ego certò sciam, sed quod haud difficilis erat coniectura. Nam quum omnis belli Mars communis, & quum semper incerti exitus præliorum sint: tamen hoc tempore magnæ utrimque copię ita paratæ ad pugnandum esse di-

Secunda exordij pars. Difficile est de rebus futuris scribere.

Prolepsis.

A magnis
& Pompeij
& Cæsaris
copijs est
coniectura.

† quàm.

A conscien
tia rectæ vo
luntatis.

A culpæ ca
rentia.

Procatale
pis.

A Cæsaris
de salute
Torquati
sententia.

A tēpore.

cumur, ut uterunque uicerit, non sit mirum futu-
rum. Illa in dies singulos magis, magisq; opinio ho-
minum confirmatur, etiamsi inter causas armorum
aliquantum intersit, tamen inter uictorias non mul-
tum inter futurum. Alteros propemodum iam sumus
experti: de altero, nemo est, quum cogitet, † quum sit
metuendus iratus uictor armatus. Hoc loco si uideor
augere dolorem tuum, quem consolando leuare de-
beam, fateor me communium malorum consolationē
nullam inuenire, præter illam, quæ tamen, si possis
eam suscipere, maxima est, quæq; ego quotidie ma-
gis utor, Conscientiam rectæ uoluntatis maximam
consolationem esse rerum incommodarum, nec esse
ullum magnum malum præter culpam. A qua quan-
do tantum absumus, ut etiā optime senserimus: euen-
tusq; magis nostri consilij, quàm consilium repre-
hendatur: & quando præstitimus, quod debuimus:
moderatē, quod euenit, feramus. Sed hoc mihi tamen
non sumo, ut te cosoler de communibus miserijs, quæ
ad consolandum maioris ingenij, & ad ferendum sin-
gularis uirtutis indiget. Illud cuius facile est docere,
cur præcipuē te dolere nihil debeas. Eius enim qui
tardior in te leuando fuit, quàm fore putaremus, non
est mihi dubia de tua salute sententia, de alijs autem
non arbitror te expectare quid sentiam. Reliquum
est ut te angat, quod absis a tuis tam diu: res molesta,
ab ijs præsertim pueris, quibus nihil potest esse festi-
uius. Sed ut antea ad te scripsi, tempus est eiusmodi,
ut suam quisque conditionem miseriam putet, &
ubi

ubi quisque sit, ibi esse minime uelit. Equidem nos
 quod Romæ sumus, miserrimum esse duco, non solum
 quod in malis omnibus acerbius est uidere quam au- Ab exem-
 dire, sed etiam quod ad omnes casus subitorum peri- plo confir-
 culorū magis oblecti sumus, quam si abessemus. Et si mat quod
 meipsum consolatore tuum, non tantum liberæ, qui- dixit.
 bus semper fudui, quantum longinquitas temporis
 mitigauit. Quanto fuerim dolore meministi: in quo
 prima illa consolatio est, uidisse me plus quam cete-
 ros, quum cupiebam, quamuis iniqua conditione, pa-
 cem. Quod etsi casu, non diuinatione mea factum est,
 tamen hac inani prudentiæ laude delector. Deinde A Reipub.
 quod mihi ad consolationem commune tecum est, si perturba-
 iam uocer ad exitum uitæ, non ab ea Repu. auellar, tione.
 qua carendum esse doleam, præsertim quum id sine
 ullo sensu futurum sit. Adiuuat etiam ætas, et acta
 iam uita, quæ cum cursu suo bene confecto delecta-
 tur: tum uetat in eo uim timere, quod nos iam natura
 ipsa penè perduxerit. Postremo is uir, uel etiam hi
 uiri hoc bello occiderūt, ut impudenti uideatur ean- A multorū
 dem fortunam, si res cogat, recusare. Equidem mihi uirorum in
 omnia propono, nec ullum est tantum malum, quod bello ciuili
 non putem impendere. Sed cum plus in metuendo obitu.
 mali sit, quam in illo ipso quod timetur, desino. Præ-
 sertim cum id impendeat, in quo non modo dolor nul- Correctio.
 lus, uerū finis etiam doloris futurus sit. Sed hæc sa- Narratio
 tis multa, uel plura potius, quam necesse fuit. Facit cula.
 autem non loquacitas mea, sed beneuolentia longio-
 res epistolas. Seruium decessisse Athenis molestè

Conclusio
epistolæ.

tuli: non enim dubito, quin magnæ tibi levationi solitus sit esse quotidianus congressus, & sermo, cum familiarissimi hominis, tum optimi & prudentissimi viri. Tu uelim te, ut debes & soles, tua uirtute sustentas. Ego quæ te uelle, quæq; ad te, et ad tuos pertinerere arbitror, omnia studiose diligenterq; curabo. Quæ cum faciam, beneuolentiam tuam erga me imitabor, merita non assequar. Vale.

Consolatio amici exulis, & patria carentis, constans & suis argumentis, à Cæcinnæ & Cæsaris (cuius potentiam fuerat) attributis. Epilogus est adhortatorius ad fortunæ uim continentiam. Conuenit & hæc orationis pars ita tractata consolationi.

M. T. Cicero, A. Cæcinnæ S. P. D. 83.

Consolatoria est epist.

A narratione exorditur.

Distributio

Altera exordij pars & est inuatio.



Votiescunq; filium tuum uideo. (uideo autem fere quotidie) polliceor ei studium quidem meum & operam sine ulla exceptione, aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem atque autoritatem cum hac exceptione, quantum ualeam, quantumq; possim. Liber tuus & lectus est, & legitur à me diligenter, & custoditur diligentissime. Res & fortunæ tuæ mihi maximæ curæ sunt, quæ quidem quotidie faciliores mihi & meliores uidentur: multisq; uideo magnæ curæ esse, quorum de studio, & de sua spe filium ad te perscripsisse certò scio. His autem de rebus, quas coniectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quam te uidere atque intelligere mihi persuaserim.

suaferim. Sed tamen quia fieri potest, ut tu ea pertur-
 batiore animo cogites, puto esse meum quid sentiam, **Propositio.**
 exponere. Ea natura rerum est, & is temporum cur-
 sus, ut non possit ista aut tibi, aut ceteris fortuna esse
 diuturna, neq; herere in tam bona causa, & in tam
 bonis ciuibus tam acerba iniuria. Quare ad eam
 spem, quam extra ordinem de teipso habemus, non
 solum proptery dignitatem & uirtutem tuam (hæc
 enim ornamenta sunt tibi etiam cum alijs commu-
 nia) accedunt tua præcipita, proptery eximium in-
 genium, summamq; uirtutem: cui me hercule hic, cu-
 ius in potestate sumus, multum tribuit. Itaq; ne puni-
 tum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo
 ipso bono tuo, quo delectatur, se uiolatum putaret.
 Quod ipsum lenitur quotidie, significaturq; nobis
 ab ijs, qui simul cum eo uiuunt, tibi hanc ipsam opi-
 nionem ingenij apud ipsum plurimum profuturam.
 Quapropter primum fac anima forti magnoq; sis.
 Ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita cogni-
 tus etiam, ut tibi id faciendum sit. Deinde spem quo-
 que habeas firmissimam proptery eas causas, quas scri-
 psi. A me uerò tibi, liberisq; tuis omnia paratissima
 esse confidas uelim. Id enim & uetustas nostri amo-
 ris, & mea consuetudo in meos, & tua multa erga
 me officia postulant. Vale.

A mali scilicet
 cet exilij
 breuitate.

A causa.

A publicis
 ornamento.

A priuatis
 dotibus.

A placabili-
 tate Cæsa-
 ris.

Conclusio
 epistolæ, cir-
 cumspectantijs
 plenæ.

Et hæc epistola eiusdem cum superioribus est argumenti.
 Exordium est à sua persona sumptum, quo certam pollicita-
 tionem suam futuram confirmat. Confirmatur ea argumentis
 notissimis à testibus, ab eruditione, ab usu, postremo exem-

plio tanquam certissimo indicio: ubi narrat quid in Cæsaris Pompeijq; causa prædixerit. Deinde ad consolationem dilabitur rei cæcis coniecturalibus argumentis à Cæsaris clementia, humanitateq;, de qua nihil sibi non promittere audet. Postremo consolatur eum communibus argumentis à temporum & rerum conditione, & à Cæcinne attributis.

M. T. Cicero, A. Cæcinne

S. P. D. 84.

Apæoccupatione exorditur, cur iam pridem Cæcinne non scripserit.

† Et sæpe.

Apodioxis

Propositio cum ex-
tenuatione
sui ipsius.

Confirmatio à testi-
bus.

† uetustæ

Non uereor ne desideres officium meum, quod tibi pro nostra & meritorum multorum, & studiorum, & partium conjunctione deesse non debet. Sed tamen uereor, ne literarum à me officium requiras, quas tibi & iam pridem † Effedi misissem, nisi quotidie melius expectans, gratulatione, quàm confirmationem animi tui complecti literis maluissem. Nunc autem ut spero, breui gratulabimur: itaque in aliud tempus argumentum epistolæ differetur. His literis animum tuum, quem minimè imbecillum esse et audio & spero, etsi non sapientissimi at amicitissimi hominis autoritate, confirmandum etiam atq; etiam puto. Nec is quidem uerbis, quibus te consoler, ut affluctum, et iam omni spe salutis orbatum: sed ut eum, de cuius incolumitate non plus dubitem, quàm te me mini dubitare de mea. Nam quum me ex Rep. expulissent is, qui illam cadere posse, stante me non putarunt: memini me ex multis hospitibus, qui ad me ex Asia, in qua tu eras, uenerant, audire, te de glorioso & celeri reditu meo confirmare. Si te ratio quædam † Hetruscæ discipline, quam à patre nobilissimo, atque

atque optimo uiro acceperas, non fefellit, nec nos *A minori.*
 quidem nostra diuinatio fallit: quam tum sapientissi-
 morum uirorum monimentis atque praeceptis, pluri-
 moq; ut scis, doctrinae studio, tum magno etiam usu
 tractandae Reip. magna; nostrorum temporum ua-
 rietate consecuti sumus, Cui quidem diuinationi hoc *A certa sua*
 plus confidimus, quod ea nos nihil in his tam obscu- *diuinatio-*
 ris rebus, tamq; perturbatis unquam omnino fefel- *ne.*
 lit. Dicerem quae antea futura dixissem; ni uererer, *Narratio.*
 ne ex euentis fingere uiderer. Sed tamē plurimi sunt
 testes, me & initio, ne coniungeret se cum Caesare,
 monuisse Pompeium: & postea, ne seiungeret. Con-
 iunctione frangi Senatus opes: disiunctione ciuile
 bellum excitari uidebam. Atqui utebar familiarissi-
 me Caesare. Pompeium faciebam plurimi. Sed erat
 meum consilium quum fidele Pompeio, tum salutare
 utriq;. Quae praeterea prouiderim, praetereo. Nolo *Occupatio*
 enim hunc de me optimē meritum existimare, ea me
 suasse Pompeio, quibus ille si paruisset, esset hic qui
 dem clarus in toga, & princeps: sed tātas opes, quan-
 tas nunc habet, non haberet. Eundem in Hispaniam
 censui: quod si fecisset, ciuile bellum, nullum omni-
 nō fuisset. Rationem haberi absentis non tam repu-
 gnauit, ut liceret, quam, ut quando ipso Consule pu-
 gnante populus iusserat, haberetur. Causa belli orta *Clausula*
 est. Quid ego praetermisi, aut monitorum, aut quere-
 larum? Quum uel iniquissimam pacem iustissimo
 bello anteferrem, uicta est autoritas mea, non tam a
 Pompeio (nam is mouebatur) quam ab ijs, qui doce-

Pompeio freti peropportunam, & rebus domesti-
cis, & cupiditatibus suis illius belli uictoriam fore
putabant. Susceptum bellum est, quiescente me:
depulsum ex Italia, manente me, quoad potui. Sed ua-
luit apud me plus pudor meus, quam timor: ueritus

Cur Pompeium secutus sit. sum deesse Pompeij saluti, quum ille aliquando non
defuisset mee. Itaque uel officio, uel fama bonorum,
uel pudore uictus, ut in fabulis Amphiaræus, sic ego
prudens, & sciens ad pestem ante oculos positam

Consolari incipit. sum profectus. Quo in bello nihil aduersi accidit
Scientia augurum. non prædicente me. Quare, quando ut augures &
astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis

Diuisio argumentorum. fidem nostra prædictio. Non igitur ex alitis uolatu,
nec ex cantu sinistro oscinus, ut in nostra disciplina
est, nec ex tripudijs solistimis, aut somnijs tibi augu-
ror, sed habeo alia signa quæ obseruem. Quæ etsi
non sunt certiora illis, minus tamen habent uel ob-
scuritatis uel erroris. Notantur autem mihi ad diui-

Ab illis quæ adsunt Cæsari. nandum signa duplici quadam uia: quarum alteram
duco è Cæsare ipso: alteram è ciuiliū temporum
natura atque ratione. In Cæsare hæc sunt, nutis cle-
mensq; natura, qualis exprimitur præclare illo libro
querelarum tuarum. Accedit quod mirifice ingenijs
excellentibus, quale est tuum, hæc electatur. Præterea
cedit multorum iustis, & officio incensis, non inani-
bus, aut ambitiosis uoluptatibus: in quo uehementer
Prolepsis. eum consentiens Hetruria mouebit. Quæ hæc igitur
tur adhuc

tur adhuc parum profecerunt? Quia nō putat se su-
 finire causas multorum posse si tibi, cui iustus uide-
 tur irasci posse, concesserit. Quæ est igitur, inquires,
 spes ab irato? Eodem fonte se haustum intelligit
 laudes suas, e quo sit leuiter aspersus. Postremò ho-
 mo est ualde acutus, et multum prouidens: intelligit
 te hominem in parte Italiae minime contemnenda fa-
 cile omnium nobilissimum: et in communi Repub.
 cuius summorum tuæ ætatis uel ingenio, uel gratia,
 uel fama populi Romani parem, non posse prohibe-
 re à Rep diutius. Nolle hoc temporis potius esse ali-
 quando beneficium, quàm iam suum. Dixi de Cæsa-
 re, nunc dicam de temporum rerumq; natura. Nemo
 est tam inimicus ei causæ, quàm Pompeius, animatus
 melius, quam paratus susceperat: qui nos malos ciues
 dicere, aut homines improbos audeat. In quo admira-
 ri soleo gravitatem et iusticiam, et sapientiam Cæ-
 saris, nunquam nisi honorificentissimè Pompeium
 appellat. At in eius personam multa fecit asperius.
 Armorum ista et uictoriæ sunt facta, non Cæsaris.
 At nos quemadmodum est complexus? Cassium sibi
 legauit, Brutum Gallia præfecit, Sulpitium Græcia,
 Marcellum, cui maximè succensebat, cum summa il-
 lius dignitate restituit. Quò igitur hæc spectant? Re-
 rum hæc natura, et ciuiliū temporum non patie-
 tur: nec manens, nec mutata uitæ ratio feret: pri-
 mum, ut non in causa pari eadem sit et conditio, et
 fortuna omnium: deinde ut in eam ciuitatem boni
 uiri et boni ciues nulla ignominia notati non reuer-

Prolepsis
 altera.

Transitio.

A causa,
 quam Cæ-
 cinna secu-
 tus sit.

Obiectio.

Subiectio.

Ab exēplis
 aliorū Pō-
 peianorū,
 quos Cēsār
 honorificè
 tractarit.

tantur, in quam tot nefariorum scelerum condemnati reuenterunt. Habes augurium meum, quo si quid addubitarem, non potius uterer, quam illa consolatione, qua facile fortem uirum sustentarem. Te, si explorata uictoria arma sumpsisse pro Repub. (ita enim tum putabas) non nimis esse laudandum. Sin propter incertos exitus, euentusq; bellorum posse accidere, ut uinceremur, putasses, non debere te ad secundam fortunam bene paratum fuisse, aduersam ferre nullo modo posse. Disputarem etiam quanto solatio tibi conscientia tui facti, quanteque delectationi in rebus aduersis, literae esse deberet. Commemorarem non solum ueterum, sed et horum etiam recentium, uel ducum, uel comitum tuorum grauissimos casus. Etiam externos multos claros uiros nominare. LEVAT ENIM dolorem communis quasi legis, et humanae conditionis recordatio. Exponerem etiam, quemadmodum hic, et quanta in turba, quantaq; in confusione rerum omnium uiueremus. Necesse est enim minore desiderio perditam Repub. carere, quam bona. Sed hoc genere nihil opus est: incolumem te cito, ut spero, uel potius, ut prospicio, uidebimus. Interea tibi absenti, et huic qui adest, imagini animi et corporis tui constantissimo, atque optimo filio tuo, studium, officium, operam, laborem meum, iam pridem et pollicitus sum, et detuli. Nunc hoc amplius, quod me amicissime quotidie magis Caesar amplectitur: familiares quidem eius, sicuti neminem. Apud quem quicquid ualebo, uel autoritate, uel gratia, ualebo.

A conscientia recti facti.

A literis.

A casibus uiro-
rum
aliorum.

A Reipub.
confusione.

Conclusio.

ad f. u. r. l. u. m *font. d. r. u. m*
 tia, ualebo tibi. Tu curq, ut cum & firmitudine ani-
 mi tui te, tum etiam spe optimorum sustentēs. Vale.

Scripterat in Cæsarem librum Cæcinna (meminit enim
 Suetonius in Cæsare Iulio libri à Cæcinna editi) ob hoc in-
 fensor illi multò Cæsar erat. Cum autem reditum cuperet,
 sæpè obliterarum eum esse desiderauit: sed quando emissus
 reuocari non poterat, petierat à Cicerone limam illius: quæ
 cum nihil prodesse posse uidebatur, paucis uerbis rationem
 editionis & defensionem præscribit. Postremò petit ut offi-
 cium Ciceronis illi non desit.

A. Cæcinna, M. Ciceroni S. P. D. 85.

Quòd tibi non tam celeritèr liber est reddi-
 tus, ignosce timori nostro, & miserere tem-
 poris. Filius, ut audio, pertimuit (neq; iniuri-
 a) si liber exisset, quando non tam interest, quo ani-
 mo scribatur, quàm quo accipiat, ne ea res mihi
 inepte noceret, quum præsertim adhuc styli pœnas
 dem. Quà quidem in re singulari sum fato. Nam quū
 mendum scripturæ litura tollatur, stultitiq; fama mul-
 tetur, meus error exilio corrigitur, cuius summa cri-
 minis est, quod armatus aduersario maledixi. Nemo
 nostrorum est, ut opinor, quum uota uictoriæ, suæ fe-
 cerit: nemo quum etiam quum de alia re immolaret,
 tamen eo quidem ipso tempore, ut quàm primum
 Cæsar superaretur, optaret. Hoc si non cogitat, om-
 nibus in rebus felix est: si scit, & persuasus est, quid
 irascitur ei, qui aliquid scripsit contra suam uolun-
 tatem, quum ignorit omnibus, qui multa deos uene-
 rati sint contra eius salutem. Sed ut eodem reuertar,

ad h. r. u. m *ad h. r. u. m*
 Epistola
 est consolatoria &
 hortatoria.
 Exorditur
 à petitione
 uenix,
 quod liber
 suus tam se-
 rò Cicero-
 ni sit reddi-
 tus.
 Querela est
 de fato,
 quod in li-
 bro suo re-
 periatur.

A minori.

Ad instituta
 tum redit.

cur sibi in
libro suo
metuerit.

A persona
Ciceronis.
A difficul-
tate rei quā
tractarit.

Antissimū
simile.

A persona
Cæsaris.

Subiectio-
nibus iudic.

A minori.

Ab exēplo
Ciceronis.

causa hæc fuit timoris : scripsi de te parçè mediūsfidius, & timide, non reuocans me ipse, sed penè resurgiens. Genus autem hõc scripturæ nõ modò liberum, sed incitatum atque elatum esse debere quis ignorat? Solutum existimatur esse, alteri maledicere, tamen cauendum est, ne in petulantiam incidas. Impeditum, seipsum laudare, ne uitium arrogantiæ subsequatur. Solum uerò liberum, alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est, aut infirmitati, aut inuidiæ assignetur. At nescio, an tibi gratius opportuniusq; acciderit. Nam quòd præclare nõ poteram, primum erat non attingere: secundum beneficium, quàm parciſsimè facere. Sed tamen ego me quidem sustinui, multa minui, multa sustuli, complura ne posui quidem. Quemadmodum igitur scalarum gradus, si alios tollas, alios incidas, nonnullos malè hærentes relin-
quas, ruinae periculū struas, non ascensum pares : sic tot malis tum uictum, tum fractum studium scribendi, quid dignum auribus, aut probabile potest asserre? Quum uerò ad ipsius Cæsaris nomen ueni, toto corpore contremisco, non pœnæ metu, sed illius iudicij. Totum enim Cæsarem non noui, quem putes animum esse, ubi secum loquitur? Hoc probabit, hoc uerbum suspiciosum est. Quid si hoc nuto? At uereor, ne peius sit. Agè uerò laudò aliquem, num offendò? Qui porrò offendam? quid si non uult? Armatus tyrum persequitur, uicti, & nondum restituti quid faciet? Auges etiam tū mihi timorem, qui in Oratore tuo caues tibi per Brutum, & ad excusationem so-
cium

cum queris. Vbi hoc omnium patronus facis, quid me ueterem tuum nunc omnium clientem sentire oportet? In hac igitur calumnia timoris, & cæcæ suspitionis tormento, cum plurima ad alieni sensus coniecturam, non ad suum iudicium scribantur, quam difficile sit euadere, si minus expertus es, quod te ad omnia summum atque excellens armavit ingenium, nos sentimus. Sed tamen ego filio dixeram, librum tibi legeret, & auferret: aut ea conditione daret, si reciperes te correcturum, hoc est, si totum alium faceres. De Asiatico timere, quamquam summa necessitas premebat, ut imperasti, feci. Te pro me quid hor- ter? uides tempus uenisse, quo necesse sit de nobis constitui. Nihil est mihi Cicero, quod filium meum expectes, adolescens est: omnia excogitare uel studio, uel ætate, uel metu non potest. Totum negotium tu sustineas oportet, in te mihi omnis spes est. Tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiat- tur Cæsar tenes: à te omnia proficiantur, & per te ad exitum perducantur necesse est: apud ipsum multum, apud eius omneis plurimum potes. Vnum si tibi persuaferis, non hoc esse tui muneris, si quid ro- gatus fueris, ut facias (quanquam id magnum & am- plum est) sed totum tuum est. omne onus perficies: ni si fortè aut in miseria nimis stultè, aut in amicitia im- pudenter tibi onus impono. Sed utrius rei excusatio- nem tuæ uitæ consuetudo dat. Nam quod ita consue- sti pro amicis laborare, non iam sic sperant abs te, sed etiam sic imperant tibi familiares. Quod ad li-

A maiori.
Epilogus
argumento
rum à diffi-
cultate li-
bri sui scri-
bendi.

Narratio
cula.

Hortatur
Ciceronē,
A facili.

A possibili

Epilogus.

brum attinet, quē tibi filius dabit, peto à te ne exeat:
aut ita corrigas, ne mihi noceat. Vale.

Fuerat in Sicilia Cæcinnauſq; ad præſtitutum à Cæſare
tēpus: quum iam id adeſſet, ueritus Cæcinnæ, ne Cæſaris
animum àb alienaret, conſuluit Ciceronem an relicta Sicilia
in Aſiam transferret: huic conſultationi Ciceroni reſpondet,
ſuadens ſuo conſilio in Sicilia maneat, idq; argumentis à lo-
cī natura ſumptis, & ab utili.

M. T. Cicero, A. Cæcinnæ S. P. D. 86.

Epistola
est suatoria

Exorditur
à narratio-
ne.

Transitio.

Nova nar-
ratiuncula.

Quum eſſet mecum Largus, homo tui ſtudio
ſus, loquutus, Calendas Ian. tibi præſinitas
eſſe, quod in omnibus rebus perſpexeram,
quæ Balbus, & Oppius abſente Cæſare egſſent, ea
ſolere illi rata eſſe, egſ uehementer cum his, ut hoc
mihi darent, tibi in Sicilia, quoad uellemus, uti eſſe li-
ceret. Qui mihi conſueuiſſent aut libenter polliceri,
ſi quid eſſet eiufmodi, quod eorum animos non offen-
deret: aut etiam negare, & afferre rationem, cur ne-
garent: huic meæ actioni, uel rogationi potius, non
continuò reſponderunt: eodem die tamen ad me re-
uerterunt, mihiq; hoc dederunt, ut eſſes in Sicilia
quoad uelles: ſe præſtituros, nihil ex eo te offenſio-
nis habiturū. Quando quid tibi permittatur cogno-
uiſti, quid mihi placeat, puto te ſcire oportere. Actis
his rebus, literæ à te mihi ſunt redditæ, quibus à me
conſilium petis, quid ſim tibi autor, in ſiciliæ ſubſi-
diſcare. Hæc tua deliberatio non mihi conuenire uifa
eſt cum

est cum oratione Largi. Ille enim mecum, quasi tibi non liceret in Sicilia diutius commorari, ita loquutus erat: tu autem quasi concessum sit, ita deliberas.

Propositio
consilij.

Sed ego siue hoc, siue illud est, in Sicilia censeo commorandum. Propinquitās locorum uel ad impetrandum adiuvat crebris literis & nuncijs, uel ad reditus celeritatem, re aut impetrata, aut (quod spero) aliqua ratione confecta. Quamobrem censeo magno pere commorandum. T. Furfano Posthumio familiari meo, legatisq; eius: item meis familiaribus diligenter uisimē te commendabo, quum uenerint. Erant enim omnes Mutinæ. Viri sunt optimi, & tui similibus studiosi, & mei necessarij. Quæ mihi uenient in mentem, quæ ad te pertinere arbitror, ea mea sponte faciam. Si quid ignorabo, de eo admonitus, omnium studia uincam. Ego & si coram de te cum Furfano ita loquar, ut tibi literis meis ad eum nihil opus sit: tamen quoniam tuis placuit, te habere meas literas, quas ei redderes, morem his gessi: earum literarum exemplum infra scriptum est. Vale.

A locorum
propinquitate.
A celeritate
reditus.

Commendatio Cæcinnæ à iustis causis: à familiaritate, quam cum illius patre habuit: à necessitudine, quam cum Cæcinnæ à pueritiæ eius annis exercuit: deinde à communibus studijs. Postremo petitio, quæ est tanquam umbra commendationum omnium.

M. T. Cicero, T. Furfano Pretori

S. P. D. 87.

CUM A. Cæcinnæ tanta mihi familiaritas, consuetudoq; semper fuit, ut nulla maior esse posset.

Commendatoria est
epistola.

Exorditur
à causis cō-
mendatio-
tionis.

Commen-
datio est.

Epilogus.

sit. Nam & patre eius claro homine, & forti uiro plurimum usi sumus: & huc à puero, quod & spem magnam mihi afferebat summæ probitatis, summæq; eloquentiæ, & uiuebat mecum coniunctissime, non solum officijs amicitiae, sed etiam studijs communibus, sic semper dilexi, ut non ullo cum homine coniunctius uiuerem. Nihil attinet me plura scribere, quod mihi necesse sit eius salutem & fortunas quibuscunq; rebus possim tueri, ut uides. Reliquum est, ut quum cognorim pluribus rebus, quid tu, & de bonorum fortuna, & de Reipub. calamitatibus sentires, nihil à te petam: nisi ut ad eam uoluntate, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus esses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Vale.

Consolatio Trebatij. Exorditur à prædicatione sui amoris & officij erga Trebatium, quem ut melius declaret, nihil sibi omittendum dicit, quod illius causam iuuare posse existimet. Postremo argumentis consolationum superioribus utitur, à Trebatij Cæsarisq; artibus: à temporum qualitate, & ab exilij conditione, &c.

M. T. Cicero, Trebatio S. P. D. 88.

Consolatio
est epist.
Exorditur
ab amplifi-
catione a-
moris &
studij erga
Trebatium.

EGO quanti te faciam, semperq; fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam & consilium tuum, uel casus potius, diutius in armis ciuilibus commorandi mihi semper magno dolori fuit. Et hic euentus, quod tardius quàm est æquum

Et quam ego uellem, reciperes fortunam et digni-
 tatem tuam, non mihi minori curæ est, quam tibi sem-
 per fuerint casus mei. Itaque Posthumuleno, et Sextio,
 et sapissimè Attico nostro, proximè Theudæ liber-
 to tuo totum me patefeci: et his singulis sæpè dixi,
 quacunque re possem, me tibi et liberis tuis satis
 facere cupere. Idque tu ad tuos uelim scribas, hæc qui-
 dem certè, quæ in potestate mea sunt, ut operam, stu-
 dium, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res
 paratam putent. Si autoritate et gratia tantum pos-
 sem, quantum in ea Repub. de qua ita meritus sum,
 posse deberem: tu quoque is esses, qui fuisti, cum om-
 ni gradu amplissimo dignissimus, tum certè ordinis
 tui facilè princeps. Sed quando eodem tempore, ea-
 demque de causa nostrum uterque cecidit: tibi et illa
 polliceor, quæ supra scripsi, quæ sunt adhuc mea: et
 ea quæ præterea uideor ex aliqua parte retinere,
 tanquam ex reliquijs pristinae dignitatis. Neque
 enim ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui,
 est alienus à nobis, et omnes ferè familiarissimi eius,
 quasi deum et meis magnis ueteribus officijs me dili-
 genter obseruant, et colunt. Itaque si quis mihi erit
 aditus de tuis fortunis, id est, de tua incolumitate, in
 qua sunt omnia agenda, quod quidem quotiæ ma-
 gis ex eorum sermonibus adducor ut sperem, agam
 per me ipse, et moliar. Singula persequi non est ne-
 cesse: uniuersum studiū meum, et beneuolentiā ad te
 defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes sci-
 re, quod tuis literis fieri potest, ut intelligant omnia

Ciceronis ^{fratris} patere Trebatio. Hoc eo pertinet, ut nihil
 existiment esse tam difficile, quod non pro te mihi
 susceptum, iucundum sit futurum. Antea misissem
 ad te literas, si scribendi genus inuenirem. Tali enim
 tempore aut consolari amicorum est, aut polliceri:
 Consolatione non utehar, quod ex multis quidiebam,
 quam fortiter sapienterq; ferres iniuria temporum;
 quamq; te uehementer consolaretur conscientia fa-
 ctorum, & consiliorum tuorum. Quod quidem si fa-
 cis, magnam fructum studiorum optimorum capis
 in quibus te scio semper esse uersatum: idq; ut facias
 etiam atq; etiam te hortor. Simul & illud tibi homi-
 ni peritissimo rerum, & exemplorum, & omnis ue-
 rustatis, non ipse quidem rudis, sed in studio minus
 fortasse, quam uelle, & in rebus atq; usu, plus etiam
 quam uellem uersatus, spondeo tibi acerbitatem
 istam, & iniuriam non diuturnam fore. Nam &
 ipse, qui plurimum potest, quotidie mihi delabi ad
 equitatem, & ad rerum naturam uidetur: & ipsa
 causa ea est, ut eam simul cum Repub. quae in perpe-
 tuum iacere non potest, necessario reuiuiscat, atque
 recreetur: quotidieq; aliquid fit lenius & libera-
 lius, quam timebamus. Quae quando in temporum
 inclinationibus saepe paruis posita sunt, omnia mo-
 menta obseruabimus, neque ullum praetermitteremus
 tui iuuandi & leuandi locum. Itaque illud alterum,
 quod dixi, literarum genus quotidie mihi ut spe-
 ro, fiet procliuius, ut etiam polliceri possim: id re
 quam uerbis faciam libentius. Tu uelim existimes,
 & plu-

Procatale-
 ptis, cur an-
 te hac nul-
 las literas
 Trebatio
 scripserit.
 A diuisione.

A breuita-
 te exilij.

A Caesaris
 persona.

A causa.

A suo stu-
 dio.

Et plureis te amicos habere, quàm qui in isto casu
sint ac fuerint, quantum quidem ego intelligere po-
tuerim, et me concedere eorum nemini. Fortem fac
animum habeas, et magnum, quod est in te uno: quæ
sunt in fortuna, temporibus regentur, et consilijs no-
stris providebuntur. Vale.

Conclusio
epistolæ.

Epistola partim gratulatoria, quod Trebatius restitutus
sit: partim hortatoria, ut rei familiaris dispendium non æsti-
met, estq; hoc argumentum, à comparatione sumptum.

M. T. Cicero, Trebatio S. P. D. 89.

Dolabellam antea tantummodo diligebam: ob-
ligatus ei nihil eram, nec enim acciderat mihi
opus esse: et ille mihi debebat, quod non defueram
eius periculis. Nunc tanto sum deum tuis eius benefi-
cio, quod et antea in re et hoc tempore, in salute
tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus de-
beam. Quam in re gratulor tibi ita uehementer, ut te
quoque mihi gratulari, quàm gratias agere ma-
lim. Alterum non omnino desidero, alterum uere
facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi uir-
tus et dignitas tua reditum ad tuos aperuit: est tuæ
sapientiæ, magnitudinisq; animi, quid amiseris obli-
uisci, quid recuperaueris cogitare. Viues cum
tuis, uiues nobiscum. Plus acquisiisti dignitatis,
quàm amisisti rei familiaris: quæ tamen ipsa esset
iucundior, si ulla esset Respub. Nestorius noster
familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias

Hortatoria
est epistola.
Exorditur
ab obligas-
tione, quæ
Dolabellæ
obstrictus
est.

Hortatur
ut eorum
quæ amisit
prorsus ob-
liuiscatur.
Ab officio,
quod plus
acquisierit,
quàm ami-
serit.

Conclusio
est epistolæ
à narratio-
ne.

Syro Epi-
cureus præ-
ceptor Ver-
gilij.

agere. Hæc prædicatio tua mihi ualde grata est: eaq;
te uti facile patior, quum apud alios, tum me hercu-
lè apud Syronem nostrum amicum. Quæ enim facis
mus, ea prudentissimo cuiq; maxime probata esse uo-
lumus. Te cupio uidere quàm primum. Vale.

Consolatoria est epistola, ut exiguum illud tempus, donec
litteras restitutionis accipiat, fortiter ferat: quamuis omnem
consolationem Cicero inutilem nunc ferè dicat, cum potius
ei gratulandum sit. Prius autem narrat, cur a uacacius & aper-
tius causam Balbi egerit. Deinde de restitutione literis quid
actum sit, ostendit.

M. T. Cicero, Appio Balbo S. P. D. 90.

Exorditur
à gratula-
tione.

restitutionis factæ

Narratio
est, cur cau-
sam Appij
a perte eges-
sit.

pro

Gratulor tibi mi Balbe, uereq; gratulor: nec sum
tam stultus, ut te usura falsi gaudij frui uelim:
deinde frangi repente, atq; ita cadere, ut nulla res te
ad æquitatè animi postea possit extollere. Egi tuam
causam apertius, quàm tempora nostra ferebant.
Vincebatur enim fortuna ipsa debilitate gratiæ no-
stræ, tui charitate, & meo perpetuo erga te amore,
culto à te diligentissime. Omnia promissa, confirma-
ta, certa & rata sunt, quæ ad reditum & salutem
tuam pertinent. Vidi, cognoui, interfui. Etenim
omneis Cæsaris familiareis satis opportune habeo
implicitos, consuetudine & beneuolentia, sic ut cum
ab illo discesserint, me proximum habeant. Hoc
Pansa, Hircius, Balbus, Oppius, Marius, Posthu-
mius planè ita faciunt, ut me unice diligant. Quod si
mihi per me efficiendum fuisset, non me poeniteret

pro

pro ratione temporum ita esse molitum. Sed nihil est
 à me inferuitum temporis causa. Veteres mihi neces-
 situdines cum his omnibus intercedunt, quibus cum
 ego agere de te non destiti. Principem tamen habui-
 mus Pansa^{causam} tui studiosissimum, mei cupidum, qui
 ualet apud illum non minus autoritate quam gratia.
 Cimber autem Tullius mihi planè satisfecit. Valent
 tamen apud Cæsarem non tam ambitiose rogatio-
 nes, quam necessariae: quas quia Cimber habebat,
 plus ualuit, quàm pro ullo alio ualere potuisset. Diplo-
 ma statim non est datum, quòd mirifica est improbi-
 tas in quibusdam, qui tulissent acerbius ueniam tibi
 dari, quem illi appellant tubam belli ciuilis: mul-
 taq; ita dicunt, quasi non gaudeant id bellum inci-
 disse. Quare uisum est occultius agendum, neque
 ullo modo diuulgandum de te iam esse perfectum,
 sed id erit perbreui: nec dubito, quin legente te has
 literas confecta iam res futura sit. Pansa quidem mi-
 hi gratus homo & certus, non solum confirmauit,
 uerum etiam recepit, perceleriter se ablaturum di-
 ploma. Mihi tamen placuit hæc ad te perscribi, mi-
 nus enim te firmum sermo Apuleiæ tuæ, lachrymæq;
 Appiæ declarabant, quàm significant literæ tuæ:
 atq; illæ arbitrabantur, cum à te abessent ipsæ, mul-
 to in grauiore te cura futurum. Quare magnopere
 putauì angoris & doloris tui leuandi causa, pro cer-
 tis ad te ea, quæ essent certa, perscribi oportere.
 Scis me antea sic solitum esse scribere ad te, magis ut
 consolarer fortem uirum atq; sapientem, quam ut

Cimber
Tullius.

Prolepsis
est.

Cur has li-
teras ad
Applum
miserit.
Apuleia
uxor, Ap-
pia filia.

exploratam spem salutis ostenderem: nisi eam, quam ab ipsa Repub. cum hic ardor extinctus esset, sperare oportere censerem. Recordare tuas literas, quibus & magnum animum mihi semper ostendisti, & ad omnes casus ferendos constantem atque paratum. Quod ego non mirabar, cum recordarer te, & à primis temporibus ætatis in Repub. esse uersatum, & tuos magistratus in ipsa discrimina incidisse salutis, fortunarumq; communium: & in hoc ipsum bellum esse ingressum, non solum uti uictor beatus, sed etiam ut si ita accidisset, uictus & sapiens esses. Deinde cum studium tuum consumas in uirorum fortium factis memoriæ prodendis, considerare debes, nihil tibi esse committendum quamobrem eorum quos laudas, non te similem præbeas. Sed hæc oratio magis esset apta ad illa tempora, quæ iam effugisti. Nunc uero tantum te para ad hæc nobiscum ferenda, quibus ego si quam medicinam inuenirem, tibi quoque eandem traderem: sed est unum profugium, doctrina ac literæ, quibus semper usi fuimus, quæ secundis rebus delectationem modò habere uidebantur, nunc uero etiam salutem. Sed ut ut ad initium reuertar, caue dubites, quin omnia de salute ac reditu tuo perfecta sint. Vale.

Hic consolatur Ap-
pium.

A tempore quo in Repub. uersatus sit Appius.

A lectione scriptorū.

Conclusio epistolæ ab hortatione, & est locus communis.

Ligarium consolatur à Cæsaris in eum animo, item natura & ratione temporum, cum officij sui commendatione, & hortatione ut iniuriam temporis fortiter ferat.

M. T. Cicero, Q. Ligario S. P. D. 91.

Et si tali

Etsi tali tuo tempore me, aut consolandi, aut iu-
 uandi tui causa scribere ad te aliquid pro nostra
 amicitia oportebat: tamen adhuc id non feci: quia ne-
 que lenire uidebar oratione, neque leuare posse do-
 lorem tuum: postea uero quam magnam spem habe-
 re coepi, fore, ut te breui tempore incolumem habere-
 mus: facere non potui, quin tibi et sententiam, et uo-
 luntatem declararem meam. Primum igitur scribam,
 quod intelligo et perspicio, non fore in te Caesarem
 duriores. Nam et res eum quotidie, et dies, et opi-
 nio hominum, et ut mihi uidetur, etiam sua natura
 mitiorem facit: idque cum de reliquis sentio, tum de te
 etiam audio ex familiarissimis eius, quibus ego ex eo
 tempore, quo primum ex Aphrica nuncius uenit, sup-
 plicare una cum fratribus tuis non destiti, quorum
 quidem et uirtute, et pietate, et amore in te sin-
 gulari, et assidua, et perpetua salutis tuae cura tan-
 tum profeci, ut nihil sit, quod non ipsum Caesarem
 tributurum existimem. Etsi tardius fit, quam uolu-
 mus, magnis occupationibus eius, a quo omnia petun-
 tur, aditus ad eum difficiliores fuerunt: et simul A-
 phricanae causae iratio, diutius uelle uidetur eos ha-
 bere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse
 molestijs conflictatum. Sed hoc ipsum intelligimus
 eum quotidie remissiuis et placatiuis ferre. Quare
 mihi crede, et memoriae manda, me tibi id affir-
 masse, te in istis molestijs diutius non futurum.
 Quando quid sentirem exposui, quid uellem tua cau-
 sa, re potius declarabo, quam oratione. Et si tantum

Consolato-
 ria est epi-
 stola.
 Exorditur
 a causis, cur
 & hactenus
 nihil ad Li-
 garium scri-
 pserit, &
 cur iam scri-
 bat.

A suo stu-
 dio.

Procata
 leplis

Clausula.

A sua ope-
 ra.

Conclusio
ab horta-
tione.

possem, quantum in ea Republica, de qua ita me-
ritus sum, ut tu existimas, posse debeam, ne tu quis-
dem in istis incōmodis esses. Eadem enim causa opes
meas fregit, quæ tuam salutem in discrimen adduxit.
Sed tamen quicquid imago ueteris meæ dignitatis,
quicquid reliquæ gratiæ ualebunt, studium, consiliū,
opera, gratia, fides mea, nullo loco deerit tuis opti-
mis fratribus. Tu fac habeas fortem animum, quem
semper habuisti: primum ob eas causas quas scripsi:
deinde quod ea de Repu. semper uoluisti, atque sens-
fisti, ut non modò secunda sperare debeas, sed etiam
si omnia aduersa essent, tamen ex conscientia, & fa-
ctorum, & consiliorum tuorū quæcunq; acciderent,
fortissimo & maximo animo ferre deberes. Vale.

Nunciatoria est epistola: exordium est officiosum: deinde
quid spei habeat de reditu Ligarij à Cæsaris uoluntate, uul-
tu, natura aperit. Postremò hortatur ut exiliū fortiter ferat.

M. T. Cicero, Q. Ligario S. P. D. 91.

Nunciato-
ria est epi-
stola, iuxta
ac consola-
toria.
Exorditur
à narratio-
ne.
Apodioxis

ME scito omnem meum laborem, omnem ope-
ram, curam, studium, in tua salute consumere.
Nam cum te semper maximè dilexi, tum fratrum tuo-
rum, quos æquè atque te, summa beneuolentia sum-
complexus, singularis pietas, amorq; fraternus nul-
lum me patitur officij erga te, studijq; munus aut tem-
pus præmittere. Sed quæ faciam, fecerimq; pro te, ex
illorum te literis, quàm ex meis malo cognoscere.
Quid autem sperem aut confidam, & exploratum
habeā de salute tua, id tibi à me declarari uolo. Nam
si quis-

si quisquam est timidus in magnis periculosisq; re-
 bus, semperq; magis aduersos rerum exitus metues,
 quam sperans secundos, is ego sum; & si hoc uicium
 est, eo me non carere confiteor. Ego idem tamen qui
 ad secundum Calendas intercalareis priores, rogatu
 fratrum tuorum uenissem mane ad Cesarem, atque
 omnem adeundi, & conueniendi illius indignitatem
 & molestiam pertulissem: cum fratres & propin-
 qui tui iacerent ad pedes, & ego essem locutus, quæ
 causa, quæ tempus tum postulabat: non solum ex ora-
 tione Cesaris, quæ sanè mollis, & liberalis fuit, sed
 etiam ex oculis, & uultu, & multis præterea signis
 quæ facilius perspicere potui, quam scribere, hanc
 in opinionem discessi, ut mihi tua salus dubia non es-
 set. Quamobrem fac animo magno fortiq; sis: & si
 turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora latè fe-
 ras. Ego tamen tuis rebus sic adero, ut difficilimis: ne
 quæ Cesari solum, sed etiam amicis eius omnibus
 quos mihi amicissimos esse cognoui, pro te, sicut ad-
 huc feci, libentissimè supplicabo. Vale.

Narratio.

Ab oratio-
ne CesarisAb oculis
& uultu.Conclusio
ab horta-
tione.

Ad XI. Calendas intercalares. Hoc est, ante principium
 intercalarij mensis prioris, id est. XXIII die Februarij:

M. T. Cicero Basilio S. P. D. 93.

Tibi gratulor, mihi gaudeo: te amo, tua tueor: &
 te amari, & quid agas, quidq; istic agatur cer-
 tior fieri uolo. Vale.

Gratulato-
ria epis.

Reddit causam Bithynicus, cur iussu à Cicerone petere de-
 beat: deinde quid petat subiicit.

Bithynicus M. Ciceroni S. P. D. 94.

Petitoria.
est epistola.
Exorditur
à priuata
amicitia.
Petitio.
Enumeras-
tio.

SI mihi non tecum & multæ & iustæ causæ amicitiae priuatim essent, repeterem initia amicitiae ex parentibus nostris, quod faciendum ijs existimo, qui paternam amicitiam nullis ipsi officijs prosequuti sunt. Itaque contentus ero nostra ipsorum amicitia, cuius fiducia peto à te, ut absentem me quibuscunque in rebus opus fuerit, tueare, si nullum officium tuum apud me intermoriturum existimas. Vale.

Inter causas cur Rempub. constitutam uelit, hanc quoque adfert, uti cum Bithynico uiuere familiarius posset. Laudat deinde eius uoluntatem, & quantoperè illi faueat, dicit.

M. T. Cicero, Bithynico S. P. D. 95.

Epistola est
familiaris.
Exorditur
à causis cur
Remp. con-
stitutam ue-
lit.

Amplifica-
tio.

QUum cæterarum rerum causa cupio esse aliquando Rempub. constitutam: tum uelim mihi credas, accedere id etiam, quò magis expetam promissum tuum, quo in literis tuis uteris. Scribis enim si ita sit, te mecum esse uicturum. Gratissima mihi tua uoluntas est, facisq; nihil alienum necessitudine nostra, iudicijsq; patris tui de me summi uiri. Nam sic habeto beneficiorum magnitudine eos, qui temporibus ualuerunt, aut ualeant, coniunctiores tecum esse quam me: necessitudine neminem. Quamobrem grata mihi est, & memoria tua nostræ coniunctionis, & eius etiam augendæ uoluntas. Vale.

Mista

Mixta hæc epistola est. Primum enim respondet de iure Aruspicum legendorum in decuriones: deinde de rebus Hispanicis quid certi habeat, edisserit. Mox oratoris sui laudem liberaliter agnoscit: & ut Leptæ filius eo delectetur, exoptat. Postremo ad gloriæ & uirtutis studium Leptæ filium exhortatur.

M. T. Cicero, Leptæ S. P. D. 96.

Simul ut accepi à Seleuco tuo literas, statim quæ Nunciato-
 siui è Balbo per codicillos, quid esset in lege: re-
 scripsit, eos, qui facerent præconium, uetari esse in-
 decurionibus: qui fecisset non uetari. Quare bono
 animo sint & tui, & mei familiares. Neq; enim erat
 ferendum, cum, qui hodie aruspiciam facerent, in
 Senatu Romæ legerentur, eos qui aliquando præco-
 nium fecissent, in municipijs decuriones esse non li-
 cere. De Hispanis noui nihil, magnum tamen exerci-
 tum Pompeium habere constat. Nam Cæsar ipse ad
 nos misit exemplum Patietij literarum, in quo erat,
 illi undecim esse legiones. Scripserat enim Messala
 Q. Salasso, Q. Curtium fratrem suum, iussu Pompeij,
 inspectante exercitu interfectum, quod consensisset
 cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod
 Pompeius rei frumentariæ causa uenisset, eum com-
 prehendere, ad Cæsaremq; deducere. De tuo nego-
 cio, quod sponsor es pro Pompeio, si Galba cõspon-
 sor tuus redierit, homo in re familiari non parum di-
 ligens, non desinam cum illo communicare, si quid
 expediri possit, quod uidebatur mihi ille confidere.
 Oratorem meum tantoperè à te probari uehemen-

ria est epi-
 stola.

Exorditur
 à narratio-
 ne.

Clausula.

Aminori.

Oratoris
 Ciceronis
 laus.

ter gaudeo. Mihi quidem sic persuadeo, me quicquid habuerim iudicij de dicendo, in illum librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi uideri scribis, ego quoque aliquid sum: sin aliter, non recuso, quin quantum de illo libro, tantundem de iudicij mei fama detrahatur. Leptam nostrum cupio delectari iam talibus scriptis: et si abest maturitas etatis, iam tamen personare aureis eius huiusmodi uocibus non est inutile. Me Romæ tenuit omnino Tullie meæ partus. Sed quum ea, quemadmodum spero, satis firma sit, te neor tamen, dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam pensionem: et me herculè non tam sum peregrinator iam, quàm solebam. Aedificia mea me delectant, et ocium: domus est, quæ nulli uillarum mearum cedat, ocium omni desertissima regione maius. Itaque ne literæ quidem meæ impediuntur, in quibus sine ullo interpellatore uersor. Quare, ut arbitror, prius hic te nos, quàm istic tu nos uidebis. Lepta suauissimus ediscat Hesiodum, et habeat in ore,

Cur Romæ
maheat.

Conclusio
abhorta-
tiuncula.

Hesiodus.

Τὴν δ' ἀρετὴν ἰδρωτὰ θεοὶ προπάρουθεν ἔθνη καὶ
 Ἀθάλατοι. μακρὸς δέ, καὶ ὄρθι' οἶμος ἐν' αὐτῷ,
 Καὶ τρεῖς τὸ πρῶτον, ἐπὶν δ' εἰς ἄκρον ἵκηται,
 Πρὶδ' ἴν' αὖ ἤπειτα πέλει, χαλεπὴν περ ἴδσα.

Vale.

Hortatur Leptam ne ambitiosius Cæsaris amicitiam ambiat.

M. T. Cicero, Leptæ S. P. D. 97.

Maculam

Maculam officio functum esse gaudeo : eius Fa-
 lernum mihi semper idoneum uisum est diuer-
 sorio : si modò tecti satis est ad comitatum nostrum re-
 cipiendum. Caterùm is mihi quidem locus non di-
 splicet : nec ea re Petrinum tuum deferam . Nam &
 uilla, & amœnitas illa commorationis est, non diuer-
 sorij . De curatione aliqua munerum regionum cum
 Oppio loquutus sum : nam Balbum , posteaquam tu
 es profectus, non uidi: tantis pedum doloribus affici-
 tur, ut se conueniri nolit. Omnino de tota re, ut mihi
 uideris, sapientiùs faceres, si nō curares. Quod enim
 eo labore assequi uis, nullo modo assequêre. Tanta
 est enim intimorum multitudo, quod ex his potiùs
 aliquis effluat, quàm nouo sit aditus : præsertim qui
 nihil afferat, præter operam, in qua ille se dedisse be-
 neficiũ putabit (si modò ipsum sciet) non accepisse. *Correctio.*
 Sed tamen aliquid uidebimus, in quo sit spes : aliter
 quidem non modò non appetendũ, sed etiam fugien-
 dum puto. Ego me Asturæ diutiùs arbitror commo-
 raturum, quoad ille quandoque ueniat. Vale.

Diffuasoria
 est, nam dis-
 suadet Lep-
 tæ, ne uilla
 munera Ce-
 sari paret.

Exorditur !
 à laude.

Correctio.

Epilogus.

Monet Toranium ut in Sicilia maneat, nec aliquò disce-
 dat, propter opportunitatem loci, ubi omnia Cæsaris facta,
 uoluntatem, animumq; faciliè percipere possit: & quid de re-
 ditu sperandum sit intelligere : postremò consolatur norissis
 mis argumentis.

M. T. Cicero, Toranio S. P. D. 98.

Dederam triduo antè pueris Cn. Planci literas *Monitoria*
 ad te, cò nunc ero breuior, teq; ut amè conso- *est epistola.*

Beneuolē-
tiam cap-
tat, & cur
breuis in
hac episto-
la esse debe-
at, et à gene-
re epistolæ.
Ab utili.
Amplificat
utilitatem.

Clausula.

Conclusio
epistolæ à
consola-
tione.

A commu-
ni periculo.
Ab ætate.

labar, hoc tempore monebo. Nihil puto tibi esse uti-
lius, quàm ibidem operiri, quò ad scire possis, quid tibi
agendum sit. Nam præter nauigationis longæ &
hyemalis, & minimè portuose periculū, quod uita-
ueris, ne illud quidem negligendum, quamuis subito,
cū certi aliquid audieris, te istinc posse proficisci.
Nihil est præterea cur obuenientibus te offerre ge-
stias. Multa præterea metuo, quæ cū Chilone nostro
communicauī: quid multa? Loco opportuniore in his
malis nullo esse potuisti, ex quo te, quocunque opus
erit, faciliè & expeditissimè conferas. Quòd si re-
cipiet ille se, ad tempus aderis: sin (quoniā multa ac-
cidere possunt) aliqua res eum uel impedit, uel mo-
rabitur, tu ibi eris, ubi omnia scire possis. Hoc mihi
prorsus ualdè placet. De reliquo ut te sæpe per lite-
ras hortatus sum, ita tibi uelim persuadeas, te in hac
causa nihil habere, quod timendum sit, præter com-
munem casum ciuitatis: qui etsi est grauissimus, ta-
men ita uiximus, & id ætatis iam sumus, ut omnia
quæ non nostra culpa nobis accident, fortiter ferre
debeamus. Hic tui omnes ualent, summaq; pietate te
desiderant, & diligunt, & colunt. Tu & cura ut uas-
leas, & te istinc ne temere commoueas. Vale.

Consolatur Toranium in eadem cum reliquis Pompeia-
nis conditione existentem: primum quod nihil inopinatum
acciderit, ut qui cum alijs hæc euentura prouidisset: deinde à
morte, quæ sit omnium malorum extrema defunctio. Postre-
mò à conscientia rectè factorum.

M. T. Cicero, Toranio S. P. D. 99.

Et si

ET si quum hæc ad te scriberem, aut appropin-
 quare exitus huius calamitosissimi belli, aut iam
 aliquid actum & confectum uidebatur: tamen quo-
 tidie cōmemorabam te unum in tanto exercitu mihi
 fuisse assensore, & me tibi: solosq; nos uidisse. quan-
 tum esset in eo bello mali, in quo spe pacis exclusa,
 ipsa uictoria futura esset acerbissima, quæ aut inte-
 ritum allatura esset, si uictus esses, aut si uicisses ser-
 uitutem. Itaque ego quem fortes illi uiri, & sapien-
 tes Domitij, & Lentuli timidum esse dicebant, &
 eram plane: timebam enim ne euenirent ea, quæ ac-
 ciderunt, idem nunc nihil timeo, & ad omnem euen-
 tum paratus sum. Cum aliquid uidebatur cauere pos-
 se, tum id negligi dolebam. Nunc uerò euersis omni-
 bus rebus, cum consilio profici nihil possit, una ratio
 uidetur, quicquid euenierit, ferre moderatè. Præser-
 tim quum omnium rerum mors sit extremum: et mihi
 sim conscius, me quoad licuerit, dignitati Reipubli-
 cæ consuluisse: & hac amissa, salutem retinere uo-
 luisse. Hæc scripsi, non ut de me ipse dicerem, sed ut
 tu, qui coniunctissima fuisti mecum, & sententia, &
 uoluntate, eadem cogitares. Magna enim consolatio
 est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen
 rectè uereq; sensisse. Atque utinam liceat aliquando
 aliquo Reipubli. statu nos frui, interq; nos conferre
 sollicitudines nostras, quas pertulimus tum, cum ti-
 midi putabamur, quia dicebamus ea futura, quæ fa-
 cta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, præter
 uniuersæ Reipublicæ interitū, tibi confirmo. De me

Consolatio
 est epi-
 stola.

A circunda-
 tione du-
 ctum est ex
 ordium.

A concor-
 dia senten-
 tia.

A prouidē-
 tia malorū.

Cur ante
 bellum ciui-
 le timidus
 fuerit.

A mortis
 bono. Om-
 nium rerum
 mors extre-
 mum.

A conscien-
 tia consilio
 rum.

Cur argu-
 mentis con-
 solatorijs
 usus sit.

Epilogus.

autem sic uelim iudices, quantum ego possim, me tibi, salutis tuæ, liberisq; tuis summo cum studio præsto semper futurum. Vale.

Domitius hic in bello Pharsalico fuerat, atq; accerrimè pro Pompeio dimicauerat, ut ex Lucano cõstat. Deuictò autem Pompeio, & Catone mortuo, Domitius se in Italiam receperat, ut in patria in amorem patriæ animam funderet: itaque sub ipsi manus inferre statuerat, nisi Hortilia coniuge prohibente, & Cicerone dissuadente, in aliam sententiam perductus fuisset, Bius dissuasionis exemplum hæc est epistola.

M. T. Cicero, Domitio

S. P. D. 100.

Exorditur
à causis, cur
nihil literarum
hactenus ad Domitium
miserit.

Distributio

Consilium
quo bellum
Pharsalicū
Domitius
ingressus
est.

Obtestatio.

Non ea res me deterruit, quò minus postea, quàm in Italiã uenisti, literas ad te mitterem, quòd tu nullas ad me miseris: sed quia nec quid tibi pollicerer ipse egens rebus omnibus, nec quid suaderem, cum mihi metipsi consiliū deesset, nec quid consolationis afferrem in tantis malis, reperiẽbam. Hæc quanquam nihilo meliora sunt, nunc etiã atq; etiã multò desperatiora: tamen maneis esse meas literas, quàm nullas, malui. Ego si te intelligerem plus conatum esse suscipere Reipublicæ causa muneris, quàm quantum præstare potuisses: tamen quibuscunque rebus possem, ad eam conditionem te uiuendi, quæ daretur, quæq; esset, hortarer. Sed cum consilij tui bene fortiterq; suscepti, eum tibi finem statueris, quæ ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse uoluisset: oro obtestorq; te pro nostra uetere coniunctione, ac necessitudine, proq; summa mea in te beneuo-

beneuolentia, & tua in me pariter, te ut nobis, pa-
 renti, coniugi, tuisq; omnibus quibus es, fuisti; semper
 per charissimus, saluum conserues: incolumitati tue,
 tuorumq; qui ex te pendent, consulas: quæ didicisti, A Præce-
ptis philos-
ophiæ.
 quæq; ab adolescentia pulcherrimè à sapientissi-
 mis uiris tradita, memoria, & scientia comprehen-
 disti, ijs hoc tempore utare: quos coniunctos summa
 beneuolentia, plurimisq; officijs t̄ amasti, eorum de- † amisisti.
 siderium, si non æquo animo, at forti feras. Ego quid Conclusio
epistolæ à
sua in rebus
Domitij o-
pera.
 possim nescio: uel potiùs me parum posse sentio. Il-
 lud tamen tibi polliceor, me quæcunque saluti digni-
 tatiq; tuæ conducere arbitrabor, tanto studio esse fa-
 cturum, quanto semper tu & studio, & officio in
 meis rebus fuisti. Hanc meam uoluntatem ad matrem
 tuam, optimam foeminam, tuiq; amantissimam de-
 tuli. Si quid ad me scripseris, ita faciam, ut te uelle
 intellexero. Sin tu minùs scripseris, ego tas
 men omnia, quæ tibi utilia esse arbi-
 trabor, summo studio, dili-
 genterq; curabo.
 Vale.